

## CONFUSIONE LINGUARUM. 17

ca literatura aliquanto aliis præstantior Hieronymus.

57. Et ejusdem viri vestigiis incedens Bellar-  
mius, adducit Alphabetum Samariticum & sicut  
Istaëlitici similibus literis insigniti formam, in fine  
suæ Grammatices Hebrææ editionis Colonensis.

58. Subscribit iisdem etiam Casp. Waserus, lib. 2.  
de Numismatibus Hebr. c. 3.

59. Item Josephus Scaliger, libro de Emendat.  
Temp. & in computu Samaritico.

60. Similiter & Calvisius Isag. Chron. cap. 40.  
pag. 165. l. 207.

61. De his autem videlicet caput subsequens se-  
cundum, quod nuper seorsim à nobis fuit publica-  
tum, hocque loco necessariò fuit repetendum.



## CAP. II.

### DE SCRIPTURA SAMARI-

tica, & quidem ejusdem  
ORTHOGRAPHIA.

#### MEMBRUM I.

Pramittit & gentis & Scriptura ejusdem  
originationem.

i. **O**RTHOGRAPHIAM SAMA-  
riticam paucis docturo, duo cumpri-  
mis necessaria, propylæo hocce, mihi  
prægustanda videntur. Primum: que-  
nam gem nobis nomine Samaritarum veniat? alterum:  
C Nomm.